UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput vigesimum secundum [Fortsetzung]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1559

Visual Library

fig. II. exhibendum curare mei muneris esse existimo. Specimen hoc Domesdayanum sequuntur alia nonnulla, è quibus ob nitorem suum exemplaria quoque esse à me addenda æquum puto. Horum agmen ducit istud concilii *Winton.* quod extat codicis *Wigornienſis* folio 4. Dein sequitur specimen chartæ illius historicæ de sancto *Wulstano* episcopo, quam, auctore viro maximo *Gulielmo Hopkins* S. T. P. & eccleſiæ Cath. *Wigorn.* præbendario, in *Anglia* sua *Sacra* publicavit immortalis memoriæ *H. Whartonus.* Tertio specimen dandum etiam censemus ex elegantissima charta originali fundationis eccleſiæ *Norwicenſis*, quæ facta erat per *Herbertum* episcopum, Anno Dom. M.CI. regnante *Henrico* primo, qui chartam signavit & confirmavit. Hujus chartæ mihi copiam fecit cl. vir *Th. Tanner* A. M. coll. Omnium Animarum, quod Oxoniæ est, Sotius digniſſimus, & antiquæ literaturæ apud *Anglos* instaurator egregius. Quarto sequitur specimen chartæ *R. Æthelredi* de fundatione eccleſiæ *Eyneshamenſis*, prout descripta extat in vetusto registro cœnobii *Eyneshamenſis*, quod jam possidet Decanus, & cap. eccleſiæ Cath. Christi apud *Oxonienſes.* Hæc autem omnia ordine ponuntur fig. III. A. B. C. D. His alia succedunt ex cod. MS. consuto Coll. *Tr. Cant.* fig. IV, V. & è cod. pulcherrimo MS. homiliarum *Semi-Sax.* qui extat in bibl. *Lambethana*, fig. VI, VII. & VIII, Alphabetum codicis MS. *Semi-Sax.* bibl. *Cott.* Titus, D. 15. Literæ manûs, in quibus rhythmi, sive potius pseudorhythmi illi *Semi-Saxonici* codicis compacti, qui asservatur in bibl. Coll. *Trin. Cantabr.* ex quo nonnulla in hoc capite, & cap. XXIV, transcripsimus, istis cod. *Cott.* fig. VIII. expressis haud multum absimiles sunt, retentis adhuc *Saxonicis* p. ð. þ. ƿ. quæ in omnibus *Anglo-Normannicis*, *Gallicanâ* manu scriptis, usitata diu manserunt. In omnibus, inquam, *Anglo-Normannicis* usurpata diu fuerunt post *conquisitionem* ista elementa; sed in *Normannicis* nunquam occurrunt MSS, quod eorum sonum & potestatem *Gallica* lingua, ut jam nunc non agnoscit; ita nec in anteactis istis temporibus agnovit. p autem & uu vel w, ut antea tradidi, promiscue in *Anglo-Normannicis* post expugnatam à *Normannis Angliam* usurpata erant. Hujus exempla peti possunt ex cod. Coll. *Trin. Cantabr.* compacto supra citato, ubi in homilia de *Adventu* p. 1. Sic legitur: to ðai is cumen ðe holie tið þ me clepeþ aduent. þanked be ure louerd ihu cst ða haueþ isend. and hit lasteþ þre wuke fulle. ⁊ sum del more. sequitur autem paulo post: ðe oþer pas on þe hold laȝe. ⁊ ðe ðriddе pas on ðe nepe laȝe. Sic quoque, men þe þaren punede, pule ȝefare toȝenes him. t etiam & t in *Anglo-Normannicis* promiscue usurpantur, ut ex superiori exemplo patet. th etiam & þ vel ð pariter leguntur in istis MSS. & *Saxonicum* ⁊ quum ut in *Saxonicis* libb. excuditur, tum ut parum ab ista forma cum virgula transversa in aliam formam mutatur, (hoc modo * ⁊) in iis occurrit.

Hactenus de mutatione *Saxonicæ* manûs vel scripturæ, in *Gallicanam*; cujus postremum specimen ex archivis *Wellenſibus* ad me etiam ab iisdem præstantissimis viris missum habes fig. IX. & si iis opus esset, & per sumptus liceret, etiam ex aliis MSS. specimina pulcherrima dare facile esset. Apud me enim habeo *Ælfrici* grammaticæ *Latino-Saxonicæ* exemplar vetustum, quod mihi vir literarum omnium, & speciatim *Saxonicarum* peritissimus *Agenhoenſis* eccleſiæ in pago *Northamptonienſi* Rector digniſſimus, *Matth. Hutton* S. T. P. pro sua humanitate, præstantissimi viri, & ejusdem eccleſiæ patroni *Thomæ Cartwright* armigeri nomine, à quo id acceperat, accommodavit. In quo quidem codice, quum in margine, tum in linearum intercapedine, multa vocabula & *Latina* & *Normannica* manu *Gallicâ* nitide scripta cernuntur. Nam † *Ingulpho* teste, quem monasterio *Croylandenſi* præfecit *Normannus Conquæstor*, adeo exoleverat *Saxonica* manus, & neglecta plane viluerat, quod plurima chirographa *Saxonicâ* manu exarata, & ex chartaria desumpta junioribus tradi jusserit, ut ex iis ad legendum & scribendum *Saxonice* instructi, monasterii monumenta contra adversarios suos scirent allegare.

Ex iis autem, quæ in hoc capite dicta, & primi capitis tabella descripta sunt, constat ab *Ælfredi* temporibus, ex quibus *Saxonicam* manum in desuetudinem abiisse scribit *Ingulphus*, *Gallica* sive *Latina* elementa f. r. s. s. t. st. w. x. quibus addas q. g, quæ nonnunquam in *Semi-Saxonicis* & *Anglo-Normannicis* occurrunt, apud *Anglo-Saxones* recepta fuisse. imo *Italicum* ą, & ab eo factum a, & *Italicum* e cum majusculis R. S. post *Ælfredum* ab exteris reducem, è *Romano* in *Saxonicum* alphabetum irrepsisse conjicio; propterea quod elementa ea me observasse non me-

---

landeȝ. ne. ꝑuꝑꝑon hit iȝ ȝceame to tellanne. ac hit ne ꝑuhte him nan ȝceame to donne. an oxe. ne an cu. ne an ȝpȳn næȝ belȳȝon. ƿ næȝ ȝeȝett on hiȝ ȝeppite. ⁊ ealle ꝑa ȝeppita pæꝑon ȝebꝑoht to him ȝȳꝑꝑan :. Sic in anno M.LXXXVI. Þe ꝑixade oȝeꝑ Englæ land. ⁊ hit mid hiȝ ȝeaꝑȝipe ȝꝑa ꝑuꝑh-ȝmeade. ƿ næȝ an hid landeȝ innan Englæ land. ƿ he nyȝte hꝑa heo hæȝde. oððe hꝑæȝ heo ꝑuꝑꝑ pæȝ. ⁊ ȝiððan on hiȝ ȝeppit ȝeȝætt. Vide quoque *Ingulphi* hist. *Croyland.* edit. *Oxon.* p. 79, 80. ex his penes lectorem sit judicare, An *Gulielmus* I, conquæstor dictus, in victos *Anglos*, necne, jure victoris usus est. * Character is, quo ET *Latinum* & *Anglo-Saxonicum* AND significantur, jugatus est, atque originis, ut videatur, *Runicæ.* coalescentibus enim duabus *Runis* ᛁE, ᛏ T, nascitur illud ⁊. hoc est, quoad literas, ET; quoad sensum, AND. ipsa certe ligatura occurrit in *Runico* quodam monumento, ad *S. Brigidæ* fanum apud *Cumbrenſes* prostanti. adeo ut inter elementa composita, quæ *vefjur* & *ſlitrur* vocat *Wormius*, (lit. *Run.* cap. V.) illud ⁊ numerandum est. † Historiæ suæ paginâ 98.

mini in chartis ante id tempus ſcriptis, quales ſunt, charta lacera *Æthelredi Merciorum R.* circa A. D. DCXCII. Charta *Osheri* reguli *Huicciorum*, circa A. D. DCXCII. Charta *Ubtredi* reguli *Huicciorum*. A. D. DCCLXVII. Charta *Offæ R. Merciorum*, A. D. DCCLXXV. Charta *Cænwulfi R. Merciorum*, A. D. DCCCXVI. Quæ omnes in archivis eccleſiæ *Wigorn.* laceræ, exeſæ, aut hic illic obliteratæ, exceptâ chartâ *Offæ R. Merciorum*, quæ integra extat, etiamnum aſſervantur.

XIX. A mutatâ autem ſcribendi ratione, quâ ab *Anglo-Saxonica* puriori *Semi-Saxonica* & *Anglo-Normannica* ſe diſtinguunt, procedamus ad voces & phraſes obſervandas; imprimis ad notandas voces, quarum ingenti numero, tam Borealium, quam Auſtralium *Saxonum* ſermonem dialecti iſtæ & ante & poſt *Conquæſtum* corruperunt.

Harum tria genera ſunt. Nam aliæ ſunt *Gallo-Francicæ*, aliæ *Gallo-Latinæ*, aliæ denique *Danicæ*; quarum duo priora genera univerſa, vel tantum non univerſa, *Nortmanni*, qui vernaculum avitum ſuum dediſcentes, omnia fere *Gallice* loqui diu affectarant, ſecum in *Angliam* introduxerunt. De *Danicis* autem, quarum haud exigua copia apud *Nortmannos* non potuit non manere, non tam facile judicatu eſt, quænam ex iis ante, & quæ poſt *Conquæſtum*, quem ſcriptores noſtri vocant, in uſu eſſe cœperunt, exceptis forenſibus paucis, & aliis nonnullis, quæ in chartis & iſtiuſmodi monumentis *Nortmannicis* occurrunt. Incipiamus autem à *Gallo-Francicis*, quale eſt **grave**, *Francice* grab, *ſepulcrum*: ut in *Tatiani* harmonia *Francica*, cap. 220, quom tho Simon Petrus folgenti ino inti ingieng in thas grabe, *venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introivit in ſepulcrum.* Tho ingieng ther jungero thi ther er quam zi themo grabe, *tunc introivit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad ſepulcrum.* *Saxonice* autem ſic vertuntur; pa-tohlice Simon Petpuf come æfteji him. ⁊ eode into ðæne byrgene. per byrgen etiam *Saxonice* redditur *ſepulcrum* vel *monumentum* in hiſtoria *Lazari* ſepulti & à mortuis reſuſcitati, *Joh.* XI. Hujuſmodi eſt **to roſt**, *aßare*, & **roſt-meat**, *caro aſſa.* nam *piſcis aſſi*, Luc. XXIV, 42, in *Tatiani* harmonia vertitur giroſtites fiſges; *Saxonice*, gebræddef fiſcef. Sic in *Ælfrici* heptateucho, *Exod.* XII, 8, 9. & *comedent carnem illam aßam igni*; & *ſed aſſum tantum igni*, reddunter, and eaton ealle ꝑ flæſc on fyre gebræddo; &, ac fyg hyt eall on fyre gebræddo. Hujuſmodi etiam eſt **cider**, *Gallice* du cidre, *vinum pomatium*, proculdubio à *Francico* cidari, *cicera*; ut in *Tatiani* harmonia; inti uuin noh cidari trinchit, *& vinum ciceramque non bibet.* nihil linguis univerſis communius eſt, quam vocum generalium in ſpecialem ſignificationem, uſu præſcribente, tranſitio. **Softe**, *lenis*, *facilis*, *mitis*, chron. *Sax. Gibſ.* M.LXXXVII. *Francice* ſamft, ſanft, *Kiliano* ſaft, ſaecht; unde *Francicum* unſamft, unſemft, unſenft, unſanft, *arduus*, *difficilis*. Ant, *&*, *Francice* enti. Wou, *Anglice* **how**, *Francice* wio, wiou. Wou ho ꝑoledon martirdom, in vita ſanctæ *Margaretæ*, *Normanno-Saxonice*, vel *Anglo-Normannice*, in MS. cod. conſuto coll. *Trin. Cantabr.* Meſſagers, ibid. *nuntii*, *Anglice* **meſſengers**, i. e. *menſagers*, vel forſan *mitſagers*, verbale à mitſagan, metſagan, medſagan. Aſe, aſa, nunc **as**, *ſicut*, *Francice* als. ib. **wune**, *gaudium*: ðe Norice hiré fedde wið well muchele wune, ibid. *Francice* wunna, winna, *gaudium.* de quo *Junius* in obſervationibus in *Willeramum* p. 51. Leuemon, *Anglice* **lemmon**, *concubina*, ibidem. ho ſcal be my leuemon, **ſhe ſhall be my lemmon.** &, meiðan mý leuemon you ſcal be. ibid. *leuemon* autem videtur componi ex *Francico* lief vel lif. *Tatian.* XIV. liob. *Sax.* leoꝼ, *dilectus*, *gratus*, *acceptus*, & mon, man, *homo.* vel ex leue, *amor*, & mon, man; nam in *Anglo-Normannicis* tam *amaſium*, quam *amaſiam* ſignificat. Snelle, *celeres*, *diligentes*, *agiles*, ibid. *Francice* ſnell, ſnello, *celer.* ꝥe ſergaunz weren ſnelle ant brotten hire ſon. *Angl.* **the ſervants were quick and ſoon brought her.** **To curſe, curſed**, *maledicere*, *execrari*, *maledictus*, *execratus.* Chron. *Sax. Gibſ.* In *Saxonicis* ſemper apýgan, apýrgeð. unde *Semi-Saxonicum* awarieð: awarieð worꝥe ꝥine godeſ, **curſed be thy gods**, vita *S. Margaretæ.* Barun, baron, *vir*, *maritus*, *homo*; *Francice bar*, *baro*; ut in evang. harmon. *Cotton.* ſive in *Francicum*, ſive in vetuſtiorem *Saxonicum* verſo, *Petrus* apoſtolus bis vocatur bar uurðiz gumo, vel bar uuûrðiz gumo; XXXV, & LV, *dignus ille vir Petrus.* Hic autem bar & gumo ſynonyma poetice junguntur in eadem oratione, ſecundum cap. XXIII, reg. XXIV. Inde adhuc termini apud nos *forenſes* baron & femme, *vir* & *uxor*; & *proceres* regni, qui, ut cum *Feudiſtis* loquar, *homines regis* ſunt, & regiæ majeſtati hominium vel homagium jurant, *Barones regis* & *regni* vocantur.

* Seỳntz voſ ke alez par mer, — *Vos qui per mare peregre proficiſcimini,*
De cet †barun oiez parler, — *Audite, dum loquar de hoc viro,*
Ke tant eſt par tut ſocurable, — *Qui ubique ſuccurrere poteſt,*
Eke en mer eſt tant aidable. — *Et qui per mare tantus eſt ad ſuppetias ferendas.*

Hæc ex antiquo carmine de vita *Sancti Nicolai*, de quo infra. Tenrepie, *cenſus*, chron. *Sax. Gibſ.* anno MCXXXVII. *Stephano* dominante. hi læiden gælder on ꝥe tuner æuꝥeu pile. ⁊ clepeden it tenrepie, *impoſuerunt tributa oppidis valde frequenter, & impoſitionem iſtam vocarunt* tenrepie. De hoc autem tenrepie ita pro modeſtia & candore ſuo doctiſſimus interpres, nondum in *Francicis* verſatus: *hujus vocis ſignificatio mihi plane incognita.* Vox enim *Franco-Theotiſca*

* Nunc *Seigneurs*. † Scilicet de *Sancto Nicolao*, è cujus vita *Gallice* conſcripta hæc hauriuntur.

eſt,

eſt, ex *Francico* tenſe vel tinſe, *tributum, cenſus*; & *rice*, quod quum *regem*, tum *regnum* ſignificat, compoſita. tenſerice autem in tenſeriȝe verſum, liqueſcente ȝ, mutatur facile in tenſerie, ut *Saxonicum* ðuþþice, ſcriptum ðuþþiȝe, facile tandem mutatum erat in noſtrum **Surrey**. vel forſan hybrida vox eſt, ex tenſe & *Gallico* rei, nunc roi, compoſita. & ſic *cenſum* vel tributum regis denotat. Quod vero *tenſe* ſignificationem *cenſûs* habet, conſtat ex harmonia evangg. *Cott.* xxxix, quamun into Kapharnaum, thar fundun ſia enna cuninȝeſ theȝan uulancan under tham uuerode. thiu ðymon Petruſe quat that hie uuaȝi ȝiſendid tharod, that hi thar ȝimanodi manno ȝihuilican thero hobid ſcatto, thia ſia te them hobe ſcoldun tinſi ȝeldan, *venerunt ad Capernaum, ubi invenerunt quendam miniſtrum Imperatoris inſolentem inter populum, qui dicebat ſe eſſe Cæſaris primarium & egregium miniſtrum: dein Simonem Petrum allocutus, dixit ſe eo miſſum eſſe, ut omnes homines moneret cenſûs capitis,* [didrachmatis,] *quem tributi nomine aulæ ſolvere deberent.* ðo thu that eriſt muȝi fiski fahan, ſo tiuh thu thena fan them fluode, te thi ant-klemmi im thiu kinni, thar maht thu undar them kaſton niman ȝuldina ſcattoſ that thu forȝeldan maht them manne te ȝimuodie minan endi thinan tinſeo ſo huilican ſo hie uſ toſuokit; *piſcem, quem primum capere poſſis, è mari extrahe; tum unco genas prehende, ubi inter fauces ſumes aureum nummum, quem homini pro meo & tuo tributo poſſis dare, quantumcunque ſit, quod à nobis requirat.* Sic xlvi, nu uui thi fraȝon ſculun riki theodon, huilik reht habit thie Keſur fan Rumu, thi im to te theſon Kuninȝe-herod tinſi ſuokit, *nunc à te percontari debemus rex patriæ, quodnam jus habet imperator Romanus, qui ſibi in hoc regno cenſum quærit.*

XX. A *Gallo-Francicis* autem tranſeamus ad *Gallo-Latinas* voces, quas in *Semi-Saxonicam Normannica* lingua intulit. id genus ſunt, quæ in chron. *Saxon. Gibſ.* leguntur, nomina menſium *Latina*, ut in anno mxiii, toforan þam monþe Auȝuſt. anno mxliv. on ðirum ilcum ȝeare forþferde Ælfrtan Abbot rce Auȝuſtine, non. Julii. mxiv, iii non. Febr. mxlii, ⁊ ða pæron Eaſtron on iii. non. Apr. mxlvii, on ðirum ȝeare forþferde Lodpine eorl on xvii. Kl. Mai. mlxi, on ðirum ȝeare forþferde Lodpine. b. æt rce Maſtine on vii idus Mȳ. mlxx. he þar ȝehadod iv kal. ſeptembr. m.c.vii. idus Ianuarii. mcxvii. on ðære nihte kl. Decembr. Huc referenda etiam ſunt feſtorum nomina *Latina*; ut parche vel parcha, chron. *Sax. Gibſ.* mxii. on ðone runnan eſen octabaſ parchæ. mxv. ða toforan Natiuitaſ rce Marie maſſan. mlxxvii. anre niht æſ Aſſumptio rce Marie. m.xcix. ⁊ Ormond birdop of Scarbȳrig innan Aduent forþferde. mcii, mcv, mcvi, *Natalis Domini*, quod *Saxonice* midpintres mæſſe-dæȝ, *Semi-Saxonice* cnihtes mæſſe vocatus erat. Natiuiteþ *Gallo-Latine* dicitur. Sic anno mcxviii, *feſtum Circumciſionis* & *baptiſmi Domini* vocatur theophanie; on ðiron ȝeare on ðære pucon Ðeophanie pæſ anes æfenes rpiþe micel lihtinȝ. mxxiii. ꝑ pæſ þes dæiȝes Annuntiatio ſ. Marie. mx. Ðis pæſ on ðam dæȝ prima aſcenſio Dmī. Alia etiam nomina *Latina*, & à *Latinis* formata occurrunt, quæ huc ſpectant: ut anno mxii, on rcs Paulus mynſtre. mxxiii, Æþelnoþ Aſceb. ſeneſe rce Ælfeȝes reliquiaſ to Cantpara byrig of Lundene. mlxx, ⁊ bebead þam birdopan ðe þæs cumene pæron be þar Aſceb. L. hæſe ða reſſire to * donde. mlxx, Concilium; ut toforan eallan þam Concilium ðe ðar ȝeȝadeneð par. Sic anno mcxix, re riðdan to rce Lucaſ mæſſan evanȝeliſta com into Fſance to Rædm. and ðæs heold Concilium. Anno autem mcxxv, *Concilium* emollitur in *Concilie*; ut and riðdan he heold his Concilie on Lundene. Sic autem à ȝe-mot & mot, quæ *Conventus* tam eccleſiaſticos, quam civiles apud *Anglo-Saxones* ſignificabant, *Normanno-Saxonice* ventum eſt ad *Concilium* & *Concilie*, nunc **Council**. Hujuſmodi etiam ſunt *capitulan*; ut, Aneſ daȝeſ re abbot eode into capitulan. ⁊ hi comon into capitulan, mlxxxiii. Chos, ut, þa ſpencirce men bræcen þone chos. ibid. Cnadan; ut rpa ꝑ blod com of þam peofode uppon þam ȝnadan, ibid. Clenecef, clene & clene-hadef man, m.lxxxv, mcxiii. Corona, de quo infra, nunc **crown**, mlxxxv. hes re cinȝ bæs his corona. Cœna domini mcvi. Mid proceſſion mciii. Cartelaſ. mlxix. Cartelmen, mlxxv, & Cartele. *ibid.* Candel, in Candelmæſſan, mxiv. Capelein; ut, þæſ cynges capelein, mcxiv. infra kinȝes hird clene, mcxxiii. Litania major, mcix. prior, mc.vii, mcxxiii. On octabaſ rce Iohannis euanȝeliſtæ, m.cxiv. Sepulchrum domini, mcxx. leȝat; ut, on þa ilca tyma com an leȝat of rome, mcxxiii. leȝat autem alibi *Saxonice* dicitur, randeſ man. Market: ut, at anne maſket, mcxxv. Canceleſ; ut, ða hpile ꝑ re Arcebirdop pæſ ut of lande ȝeaſ re cinȝ ðone birdop-rice of Baþe þes cpenes canceleſ Lobekneiþe pæſ ȝehaten, mcxxiii, mcxxxvii. Prioreſ, Canoniaſ, Æſce-decneſ, cellaſ, mcxxix. luſtice; ut, ⁊ na luſtice ne ded, *neque malos ſupplicio afficiebat*, mcxxxvii. Capited; ut, ⁊ heold micel Capited in the huſ, *& hoſpitio apud ſe omnes liberaliter excepit*, m.cxxxvii. Renteſ, ppiuiliȝeſ, plantede, miracleſ, *ibid.* Empeſie, cunteſſe; ut, ðeſ eſtes com þe kinȝes dohtes Henſies. ðe hæfde ben Empeſic on Alemaine. ⁊ nu pæſ Cunteſſe in Anȝou. ..... and ræhtleden pið þempeſice, *& fœdus fecerunt cum Imperatrice*, mcxl.

Hic autem duo notanda ſe offerunt, lector benevole; primo, morem non fuiſſe apud *Anglo-*

---

* *Semi-Saxonice* pro donne, vel doenne, ut ſupra in charta *Gullhialmi Conquæſtoris* rioſæn- de pro rioſenne. & infra, to demnde pro to demenne. Occurrunt alia ejuſmodi.

Saxones ante *conquæſtum*, magnatum & principum uxores virorum ſuorum titulis inſignire. Nam *regina* vocata erat [1] ðæꝛ cyninʒeꝛ cpen, *regis conjux*, & non cyningenna; & *imperatrix* vel *auguſta*, ðæꝛ caꝛeꝛeꝛ cpen, *imperatoris uxor*, & non ut ſupra emperic, vel empeꝛice. Uſu vero obtinente tranſiit tandem communis vox cpen, *uxorem* ſignificans, in ſpecialem ſignificationem ad denotandem *regis uxorem*, i. e. [2] *Reginam*. Quæ etiam emphatice vocari ſolebat, ꝛeo hlæfðiʒ, hlæfðiʒea, hlæfðia, *Semi-Saxonice* hlæfði, hlavði, nunc **lady**. *domina*. Sic in duabus chartis *Edithæ R.* quæ deſcriptæ extant in manu *Gallica*, in MS. eccleſ. Cath. *Wellenſis*, altera ſic incipit: Eðith ſeo hlavedi Eaðwarðes kinges lefe gret, *&c.* Altera autem ſic: Eaðgyð ſe hlavðiʒe gret Harold Erl min broðor. Quo nomine quoque *Procerum* omnium *conjuges* in ſcriptoribus non raro honorificantur. Verum la roÿne, nunc la reine, la ðucheꝛꝛe, la cunteꝛꝛe, nunc la counteſſe, la maꝛquiꝛe, la chanceliepe, & id genus omnia, à *Normannis* ſive *Gallis* in ſermonem noſtrum allata ſunt, qui novâ linguâ, novis moribus, novis inſtitutis & legibus labeſcentem prius auſtralem *Saxonicam*, ex *Semi-Saxonica* quam voco dialecto, in *Anglicanam* planè converterunt. ſecundo notandum eſt à vocabulis *Emperic* & Iuſtice, c apud *Anglo-Normannos* in *Gallo-Latinorum* fine ſonuiſſe ut s *Romanorum*. Unde forſan in *Runarum* alphabeto quod extat in bibliotheca *Cotton. Vitellius*, A. 12. tertium elementum, quod reſpondet *Latinorum* & *Anglo-Saxonum* c, deſignatur per *Cimbrorum* veterum ſigma ᛋ. ut in hæc tabella videre eſt:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

ᚪ ᛒ ᚳ ᛞ ᛖ ᚠ ᚷ ᚻ ᛁ ᚴ ᛚ ᛗ ᚾ ᚩ ᛈ ᛩ ᚱ ᛋ ᛏ ᚢ ᛝ ᚣ ᛉ ᛎ.

ᚪ ᛒ ᚳ ᛞ ᛖ ᚠ ᚷ ᚻ ᛁ ᚴ ᛚ ᛗ ᚾ ᚩ ᛈ ᛩ ᚱ ᛋ ᛏ ᚢ ᛝ ᚣ ᛉ ᛎ.

ᚪ ᛒ ᚳ ᛞ ᛖ ᚠ ᚷ ᚻ ᛁ ᚴ ᛚ ᛗ ᚾ ᚩ ᛈ ᛩ ᚱ ᛋ ᛏ ᚢ ᛝ ᚣ ᛉ ᛎ.

ᚪ ᛒ ᚳ ᛞ ᛖ ᚠ ᚷ ᚻ ᛁ ᚴ ᛚ ᛗ ᚾ ᚩ ᛈ ᛩ ᚱ ᛋ ᛏ ᚢ ᛝ ᚣ ᛉ ᛎ.

ᛋ ᛝ ᚦ ᚪ

ſuperioribus addas paiꝛ, nunc **peace**, MCXXXV. ᵵpeꝛoꝛ, M.CXXXVII. cuꝛt, *Anglice* **court**, à *Latino cors*, *chors*, *cohors*. Norice, nunc **nurſe**, *nutrix*, & noriceſcep: ut enim *Franci* habent land, & landſcepi, *regio*, & iſtiuſmodi multa: ſic *Franco-Galli*, & ab iis Normanni norice, & noriceſcep. þe norice hire fedde ... aſa witte iꝛ noriceſcep; vita *S. Margaritæ*, *Normanno-Saxonice*, vel *Anglo-Normannice*, quæ extat in MS. cod. conſuto bibl. *Trin. Coll. Cantabr.* Sergaunz, nunc **ſergeantes**, *ſervientes*. ðe ſergaunz eden aſe he am bed, *Anglice* **the ſerjeants [ſervants] went as he bid them.** ðe ꝛergaunz deden ar ernde, **the ſerjeants did their errand.** ib. pine, pin, *pœna*, *dolor*, *tormentum*, *cruciatus*. pinan, *torquere*, piner, *tortor*, chron. *Sax. Gibſ.* MCXXXVII. & in vita *S. Margaretæ*:

Đo ſpec Olibrius. bi hire þet he ſtod
Meiðan † M. iſ ðiſ þine ʒod.

Conſiler, *conſiliarius*, Angleſ, *Angeli*, ioie, nunc **joy**, *gaudium*, ab antiquo *joco*, *jogo*. poutte, nunc **pity**, à *pietas*. ſtourbing, nunc **diſturbance**, *perturbatio*. vie, *vita*. ibid. en exemplum:

Here i mai tellen ou. wið wordes feire ant ſwete.
Đe vie of one meiðan. waſ hoten Maregrete.

deliuure, *Anglice* **deliver**. ibid. cum nonnullis aliis. Multa hujuſmodi erui etiam poſſunt è vetuſtis *Gallorum* monumentis, quale eſt carmen de vita *S. Nicolai*, *Gallicè*, vel *Gallo-Normannice*, quod etiam extat in præfato Manuſcriptorum *Coll. Trin.* theſauro, antiquorum cultoribus

---

[1] Ratio, propter quam *regis uxorem*, *reginam* appellari noluerunt *Anglo-Saxones*, traditur ab *Aſſerio Menevenſi*, in his verbis: *Æthelwulfus Juditham Caroli R. filiam, quam à patre ſuo acceperat, juxta ſe in regali ſolio ſine aliqua nobilium ſuorum controverſia, & odio uſque ad obitum vitæ ſuæ, contra perverſam illius gentis conſuetudinem, ſedere imperavit. Gens namque occidentalium Saxonum Reginam juxta Regem ſedere non patitur, nec etiam* REGINAM *appellari, ſed* REGIS CONJUGEM *permittit. Quam controverſiam, imo infamiam, de quadam pertinaci & malevola ejuſdem gentis Regina ortam fuiſſe majores illius terræ perhibent.* Orta autem eſt occaſio notandi uxores regum apud *Anglo-Saxones* iſta quaſi ignominiâ, ut pergit narrare *Aſſerius*, ab *Eadburga*, Offæ R. *Merciorum*, regina, quæ tyrannidem in proceres regni exercens eorum haud paucos conſilio, & regem ipſum caſu veneno extinxit. [2] Sic in charta fundationis eccleſiæ *Eyneshamenſis*, quæ nunc *Ædis Chriſti Oxon.* peculium eſt, ſubſcriptio *Ælfgifæ* poſt illas *Æthelredi R.* & clitonum, ſic ſcripta extat. EGO ÆLFGIFU REGINA SCIENS TESTIMONIUM ADHIBUI. * hæc duo elementa ſic exarata cernuntur in Alphabeto *Runico Arngrimi Jonæ*, *Crymogææ* capite tertio. † Maregrite. Sic enim vocatur *S. Margareta*. plurimi

plurimi faciendo. Ibi leguntur lai, *laici*, *Anglice* **laity**, **lay-men**; riche, richeſſe, nunc **riche**, **riches**; antiquite; empire; deſirer; conqueſt, *conquiſitum*, *acquiſitum*, *bona acquiſita*; Bachilerſ, nunc **bachelers**; bounte, **bounty**; poure, pouerte, **poor**, **poberty**; conſeil, **counſell**; plente, **plenty**; creatour; marier, **to marry**; cite, **city**; aſembler, **to aſſemble**; acorder, **to accord**; afflictioun; honour; ioie; charite; humilite; almeſ; eſcole, **ſchool**; marinarſ; paſſer, **to paſſe**; ſage; port; ewe, *aqua*, unde noſtrum **ewer**, gutturnium, aqualis. Sucurer, **to ſuccour**, à *ſuccurrere*; aide; meſere, **miſery**; pardoun, **pardon**; & *Latinæ* ſtirpis ſexcenta alia. In hoc MS. carmine, etiam leguntur, deuſ, nunc *dieu*; eleſ, nunc leſ; &, nunc *il*, *le*,; ia, nunc *je*; out, nunc *ait*; cum, nunc *comme*; auum, nunc *avons*; dirrum, nunc *dirons*; oum, nunc *on*, quod demonſtrat *on* non ab *Italico uno*, ſed ab antiquo *houm* vel *houme* derivandum eſſe, de quo tamen quaſi dubitavimus, cum decimum caput ſcriberemus, quem locum videas.

Souent ſe claiment cheitiff e laſ.	*Sæpe miſelli & laſſi clamantes,*
Souent dient ſein Nicolaſ.	*Sæpe dicebant, ſancte Nicolae,*
Sucurez nuſ ſein Nicholaſ ſire.	*Succurre nobis domine ſancte Nicolae,*
Si tel eſ cum *oum dire.	*Si, quem dicunt, is es.*
A taunt unſ houme lur aparutt.	*Tandem iis apparuit homo,*
Ke en la nef iuſte euſ ſe eſtutt.	*Qui in nave juxta eos ſtetit.*

A nobis autem minime prætereundum eſt *Latino-Gallicum* capta, *charta*, & per metonymiam materiæ, *Anglice* **charter**, *ſcriptum*, *diploma*, *chirographum*, (*Anglo-Saxonibus* ſemper ȝeppit) de quo hæc †*Ingulphi* lectu digna ſunt: *chirographorum confectionem Anglicanam, quæ anteà uſque ad Edwardi Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes chartas vocabant, & chartarum firmitatem cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum, ſub intitulatione trium vel quatuor teſtium aſtantium, conficere ſolebant.* Legitur autem capta in evangelio *Nicodemi*, multis in locis: ut §. XX. hiȝ ða ꝛpa ðeah beþohton þ hiȝ him ꝛeoꝛon peꝛaꝛ ȝecupon. ðe Ioꝛeꝛeꝛ ꝛnýnð pæꝛon. ȝ him to ꝛendon. ȝ an capꝛan mið him. ꝛeo pæꝛ þuꝛ appiꝛten. ðib ꝛiȝ mið ðe Ioꝛeph. Sic XXIII. pe pýllaþ eac. ꝛýllaþ uꝛ eac ða capꝛan þ pe hiꝛ maȝon on appiꝛan þ þæꝛ pe ȝehýꝛðon. ȝ eac ȝeꝛapon:. Ða ealðnaꝛ þa. ȝ ða mæꝛꝛeppeoꝛꝛaꝛ heom capꝛan ꝛundon. ȝ eall þæꝛ þæꝛto ȝebynede. Kapinuꝛ and Leuctiuꝛ heom pæꝛon þa þa capꝛan onꝛonde heoꝛa æȝþeꝛ ane. Sic XXXIII. hiȝ up apiꝛon. ȝ ða capꝛan. þe hiȝ ȝeppýten hæꝛðon þam ealðꝛum aȝeaꝛon. Æque demonſtrat hæc vox capta, ac ſupra niht hand, pſeudo-evangelium iſtud *Saxonice* poſt [1] *conquæſtum* à nonnemine verſum fuiſſe, qui ex eorum numero erat, qui in literatura *Saxonica*, *Normanno* imperante, neglecta, perinde ac in *Latina* juvenes inſtructi *Saxonice* ſcripſerunt, quemadmodum docti *Græce* & *Latine* ſcribere jam ſciunt. Quinetiam ſententiam hanc noſtrum confirmat iſte Galliciſmus ejuſdem verſionis capitulo xxx. niht hand, nunc **right hand**, *dextera manus*, qui *Anglo-Saxonibus* nunquam non ꝛpýþꝛe hand: ȝ ꝛe hælend ða Adam be ðeꝛe niht hand ȝenam. ȝ hým to cpæþ. Hic etiam notandam ſe offert vox coꝛona, nunc **crown**. chron. *Sax. Gibſ.* 216. 35. on ðiꝛon ȝeaꝛe ne bæꝛ ꝛe cýnȝ Henꝛi hiꝛ coꝛonan to cniꝛteꝛ mæꝛꝛan ne to eaꝛtꝛon, ne to pentecoꝛtem, *hoc anno coronam ſuam non induit* (hoc eſt, comitia regni non convocavit) *rex Henricus*, *neque in natalibus*, *neque in paſcha*, *neque in pentecoſte*. Pagina autem 190. 6. *Saxonice* exprimitur per cýne-helm. ðnipa he bæꝛ hiꝛ cýnehelm ælc ȝeaꝛe. ꝛpa oꝛt ꝛpa he pæꝛ on enȝlande. on eaꝛtꝛon he hine bæꝛ on ꝼinceaꝛtꝛe. on pentecoꝛten on ꝼeꝛtmýnꝛtꝛe. on miðe-pintꝛe on Gleapeceaꝛtꝛe. *ter* [Gullhialmuꝛ I.] *geſtavit ſuam coronam ſingulis annis*, *quoties eſſet in Anglia*; *ad paſcha eam geſtavit Wintoniæ*, *ad pentecoſten Weſtmonaſterii*, *& ad natales Gloceſtriæ.*

XXI. In ſuperioribus, de vocibus *Gallo-Francicis*, & *Gallo-Latinis*. Jam ad *Danicas* procedamus, quæ, *Danis* & *Normannis* è *Dania* & *Norvegia* oriundis, *Angliæ* dominantibus, Auſtralem *Saxonicam* temerantes, paulo minus corruperunt, quam borealem dudum antea corruperat *Danorum* ſermo, qui primi *Northymbriam* expugnabant. Incipiamus autem ab iis, quas à *Normannis* introductas fuiſſe monumenta eorum oſtendunt. Id genus procul omni dubio ſunt ðnenȝeꝛ clacleꝛ & bꝛaue in charta *Ranulphi* qui ex *Gullhialmi*, *Rufi* dicti, capellano factus erat epiſcopus *Dunelmenſis*, anno M.XCIX. Chartam autem à doctiſſimo viro *Gullhialmo Nicolſono* eccleſiæ *Carleolenſis* Archidiacono ex eccleſiæ *Dunelmenſis* archivis deſcriptam & ad me miſſam cum verſione noſtra *Latina* hic infra appono.

R. biꝛceop ȝꝛeteþ pell alle hiꝛ þeineꝛ ȝ ðnenȝeꝛ oꝛ Ealonðꝛcine ȝ oꝛ Nohamꝛcine. ꝼite ȝe þ ice habbe ȝetýþeð ðte Cuhtbeꝛht þ lonð in [2] Elꝛeðene. ȝ all þ þæꝛ to belimpeþ clæne ȝ clacleꝛ. ȝ [3] Halipaꝛcꝛtelle. ic habbe ȝetýþeð ðte Cuhtbeꝛht hiꝛ aȝen into hiſ cýꝛce. ȝ hua ſua bꝛaueſ ðiſſeꝛ bꝛave. Cꝛiſt hine þiſſeꝛ liueſ hele ȝ heofne piceſ miꝛðe:.

---

* In libro autem MS. *fœmina* inſcripto, (de quo infra) ſcribitur *lom* i. e. *loum*, pro *le oum* vel *le houm*, cum articulo præpoſitivo, unde modernorum *lon*, quod tamen exoleſcere cœpit. † Edit. *Oxon.* p. 70. [1] Vide *Ingulphi* hiſtoriam, p. 98. [2] Hodie **Allerden**. [3] Halipaꝛcꝛtelle legendum.

*R. Epiſcopus omnibus ſuis miniſtris, & * militibus Lindisfarnenſis inſulæ, & pagi Norhamenſis ſalutem dicit: Scite me conceſſiſſe Sancto Cuthberhto terram Elredenſem cum omnibus ad eam ſpectantibus immunem & à lite quietam, ut & piſcariam* hali-pape-ſtelle *dictum. Hæc S. Cuthberhto, plane ut ſua, in uſum illius eccleſiæ conceſſi, & quiſquis has literas ſpoliaverit, Chriſtus eum quum ab hujus, tum à cœleſtis vitæ ſalute peſſundato.*

In hac verſione ᵭpenᵹer reddidi *militibus*, & eadem gaudere ſignificatione cenſeo, in hiſtoria familiæ de *Sharnburn*, quæ extat in *Reliquiis Spelmannianis*, à cl. *Gibſono*, *Oxoniæ* nuper editis. In hoc non vulgari, ut à *Spelmanno* vocatur, monumento, ſic ſcriptum legimus: *propter quod idem rex* (ſcil. *Gullhialmus conquæſtor*) *præcepit, ut omnes illi, qui ſic tenuerunt ſe in pace, in forma prædicta, quod ipſi retinerent omnes terras & dominationes ſuas, adeo integre & in pace, ut unquam habuerunt & tenuerunt, ante conquæſtum ſuum, & quod ipſi in poſterum vocarentur* DRENGES, i. e. ut ego puto, *milites*. à *Cimbrico* dreingr, *vir ſtrenuus, fortis*, & Synecdochice, *miles*. Sic in Edda *Iſlandorum*, mythol. XLII. Thor gieck vt vm Aſſgard ſem vngur dreingr, *Thorus ex Aſgardio profectus eſt in forma juvenis militis*. Sic in hiſtoria *Styrbiornonis Suecici*, quod extat in commentariis *Chriſtiani Wormii* ad *Aræ multiſcii* ſcedas: nu er dan markar drotten i dreingia lid geingenn, *nunc profectus eſt Daniæ rex ad militum copias*. Sic etiam in Olafs Saga:

Gaek attu inn, quad eckia, *Intro i, inquit vidua,*
Armur drengr. *Miſelle miles.*

Sic denique in Hervarar Saga, cap. v. p. 68. en þar voru ſuo goder dreingir, *& ibi erant ſtrenui milites*. & p. 69. eirn skal vid eirn oroſto heya hraustra dreingia nemur hugurbili, *alter robuſtorum militum contra alterum pugnabit, niſi animus fatiſcat.*.

Llacler. *Saxonice* ſacler, *quietum* verti. *Cimbrice* enim at klaga eſt *accuſare, conqueri*, & klagan, aklagan, klægamal, *accuſatio*; & g in k verſo, klaklauſt, *à carmine & damno immunis*.

Halipancſtelle, mendoſe eſſe ſcriptum pro Hali-pape-ſtelle, me pro humanitate & eruditione ſua ſingulari, *Th. Comber*, S. T. P. Decanus *Dunelmenſis*, quem conſului, docuit. decompoſitum autem eſt ex haliᵹ, quod *ſanctus, ta, tum*; & *Cimbrico* var, ſeu ver, in gen. varar, quod primùm *labium* vel *labrum*, deinde *oram portus*, ubi navigia appellunt, vel *crepidinem* quam aqua alluit, denotat; & *ſtelle*, quod etiamnum apud *Dunelmenſes*, *alveum*, ad quem fluxus maris accedit, ſignificat; unde ſecundario *piſcariam* ſignificat, quia iſtiuſmodi *alvei* loci ſunt ad piſcandum maxime commodi. Piſcaria autem ad cœnobium *Dunelmenſe* pertinens, quæ fuit ad ripas auſtrales fluvii Tweed, vocata fuit Halipape-ſtelle, i. e. *ſanctæ crepidinis piſcaria*; propterea quod ad eccleſiam ſpectaret. Verum Halipapeſtelle, & non Halipancſtelle ſcribendum eſſe teſtimonio ſuorum Archivorum probat vir doctiſſimus, in quibus exaratur Haliwereſtelle.

Braue etiam tranſtuli *literas*, à *Cimbrico* bref, quod *epiſtolam, literas, chartulam, diploma, tranſacti inſtumentum* ſignificat. Sic Bibl. *Iſland.* II. Cor. III, 3. Þier erut vort bref skrifad, *epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta*. Sic I Cor. XVI, 3. hueria hellſt Þier kioſit met brefin, *quos per epiſtolam elegeritis*. A bref etiam venit verbum at briefa, *exſcribere, literas actis* vel *tabulis mandare*. Inde quoque noſtrum breif, quo nomine jam nunc *ſchedulas*, aut *literas principis* vocamus, quibus pecunias in pauperum ſublevamen colligendas mandat.

Hujus quoque claſſis eſt ſiþenðæ, *mare*, in ſupracitata charta *Gullhialmi* I. on lænd ȝ on ȝiþenðæ, *terrâ marique*. ȝiþenðæ vero barbare ſcribitur pro ȝiþenne; ut ðoenðe, pro ðoenne; & ȝiþenne idem eſt ac *Cimbricum* ſirenn, nomen III declinationis compoſitæ à ſimplici ſir, ſar, ſior, *mare*; Bibl. *Iſland.* Joh. VI, 18, enn ſiorenn tok at æſaſt upp af miklu vedre, *mare autem, vento flante, exurgebat*. verſu etiam 17. og ſtigu a skip, og komu yfer um ſiorenn, til Capernaum, *& cum aſcendiſſent navim venerunt trans mare in Capernaum*. Huc etiam, me judice, ſpectant vetera *Danica*, quæ in carmine de vita Sanctæ *Margaretæ*, *Normanno-Saxonice* vel *Anglo-Normannice* condito: ut may, mai, *Cimbrice* meij, mei, may, *virgo*; *Gothice* autem ΜΑΓΛΨ:

Ðe eitteþe was Maregrete, Criſteſ may of heuene.
Olibriuſ heitte þe mai ut of priſun don.

Felawe, *ſocius*, nunc dierum fellow, quod eſt *Cimbrice* ſelagi, ſiælegi, ſelaga, *ſocius, par, æqualis*:

Ir felawel þat hire biſeten. ful ȝerne hire behulðe.
He barſt a two peces. felawe nauete he nan.

To call, quod eſt à *Cimbrico* verbo at kalla, *vocare*; ut in hoc verſu, in vita Sanctæ *Margaretæ*:

Ðe heie King of heuene, to him wol ic calle.

O, quod eſt *Cimbrice* a, & i vel ȳ, *Cimbrice* autem i, *in*: ut, ho ſcal leuen o mine godeſ. &,

Aſe Ieſu Criſt waſ ymſelf ȳ þe † ſlem Iurðan.

---

* Epiſcopos, qui ab omni ſervitute ſeculari immunes erant, ante *conquæſtum*, *Gullhialmus* I. ſub ſervitute militari ſtatuit, inrotulans ſingulos epiſcopatus pro voluntate ſuâ quot milites ei & ſucceſſoribus ſuis, hoſtilitatis tempore, voluit à ſingulis exhiberi. *Matth. Paris.* Edit. *Londini* 1640. p. 7. † A *flumen* hæc vox derivatur; Italice autem eſt *fiume*.

Sic

Sic in chron. *Sax. Gibſ.* p. 239, 28. Ða pæꝛ copn þæne. ȝ ꝑlerc. ȝ ceꝛc. ȝ butene. ꝑop nan ne pæꝛ o ðe lanðe. Sic in *Pſeudo-Cædmone*, p. 20, 23, ðat hiꝛ o min mod ȝetþeoðe, *ut de eo in animo meo dubitarem. Normannos* quoque puto primos intuliſſe verbum dubban, *Cimbrice* at dubba, in phraſi iſta ðubban to ꝑiðene, *equitem creare* ſeu *conſtituere*; *Cimbrice* at dubba til riddara. ꝛe cynȝ ðubbaðe hiꝛ ꝛunu henric to ꝑiðene ðæþ, *ibi filium ſuum Rex* [*Gullhialmus Baſtardus*] *equitem creavit.* chron. *Sax. Gibſ.* An. MLXXXV. Sic in Orms Wilkina ſaga. pag. 45. Rikard dubbade Bering til riddara, *rex Beringum equitem creavit.* ibid. etiam p. 122. kongrin hann dubbar til riddara, *rex ipſum equitem creat.* Ek dubbade hann til riddara, *ego ipſum inter equites retuli.* Hinc dubbaðr riddare, *eques cataphractus.* Doctiſſimus *Olaus Verelius*, at dubba til riddara, *Suecice* vertit, ſla en til riddare, i. e. *percutere aliquem in equitem*, ſcilicet *percutiendo aliquem equitem creare.* at dubba enim primario ſignificat *cædere, verberare, percutere*; ac quod moris erat à gentibus *Scandicis*, ut opinor, profecti, juvenem juſtæ militiæ candidatum gladio cinctum manu percutiendo, vel gladio ſtricto feriendo * equitem creare, propterea creatio equitis per hoc verbum denotari contigit, poſt introitum *Normannorum.* Etenim ante id tempus apud *Anglo-Saxones* mos erat, non per *dubbationem* à rege, ſed per *conſecrationem*, militiam legitimam ambientem, *abſolutum* prius ab omnibus peccatis, quæ ei confitenda erant, & in eccleſia totam noctem vigiliis & orationibus intentum, craſtino die miſſam auditurum, gladiumque ſuper altare offerentem, tandemque ſacrorum in miſſa participem factum à ſacerdote, ſive is epiſcopus, ſive abbas, ſive monachus, vel quis alius è presbyteris eſſet, gladium collo ejus cum benedictione imponente, equitem, ut *Ingulphus* tradit, creari. Hunc autem conſecrandi militis modum *Normanni*, ut idem ſcribit, abominati ſunt, talem non militem legitimum exiſtimantes, ſed equitem ſocordem & degenerem.

XXII. Verum præter voces *Danicas*, quas *Normannos* è *Dania* & *Norvegia* oriundos, è *Neuſtria* in *Angliam* tranſtuliſſe conſtat, aliæ id genus ſunt, de quibus haud adeo certe definire poſſumus, an ante, vel poſt ingreſſum *Normannorum* in uſu apud auſtrales *Angliæ Saxones* eſſe cœperunt. Hujuſmodi ſunt ꝑꝛa, apud *Anglos* boreales adhuc, fra, *de, è, ex, ab, abs*: ut in diplomate iſto *Semi-Saxonice* per falſarium illum monachum *Petro-burgenſem* condito, chron. *Sax. Gibſ.* anno DCLVI. Fꝛa eꝛendic to ꝥ ꝛteoðe þe man cleopaþ ꝥeþeꝛmuþe. ȝ ꝛꝛa ꝥ piht pete. x mile lanȝ to ȝuȝȝeðic. ȝ ꝛꝛa to naȝȝepilh. and ꝑꝛa naȝȝepilh v mile to þe piht æ ðe ȝaþ to ælm. Sic in anno MCXL. and te cuen oꝛ ꝑꝛance. toðælðe ꝑꝛa ðe kinȝ. ȝ ꝛcæ com to þe iunȝe eapl þenꝛi.

Liþ, *Saxonice* ꝛcip, *navis*, & liþꝛ-man, *Saxonice* ꝛcippeꝛ, *nauta*, chron. *Sax. Gibſ.* p. 154. l. 27, 30. 160, 35. 161, 11. 166, 10.

Bunda, *Cimbrice* buande, contractè bonde, *qui ruri domum habet, ruſticus, colonus, villicus*; ut burgeis, *civis urbanus.* Hinc etiam *Semi-Saxonice* †huꝛbanda, *Cimbrice* husbonde, vel husbondi, *pater familias, herus.* chron. *Sax. Gibſ.* p. 162. 25, ða com an hiꝛ manna. ȝ polde pician æt aneꝛ bunðan huꝛe hiꝛ unþancer. ȝ ȝepunðode ðone huꝛbonðan. ȝ ꝛe huꝛbonda oꝛ ꝛloh ðone oþeꝛne. Verum quum vox bonda occurrat in *Canuti R.* II. 70, 74. & bonda & ðeȝen opponantur in tractatulo *de variis Caſibus*, probabile eſt & huꝛbanda ante *Normannicum* conquæſtum apud *Anglo-Saxones* jus civitatis obtinuiſſe.

Mal, *ſermo, loquela*; *Cimbrice* mæl, maal, mal, (*Alamannice* mahal) *ſermo*; & mæle, male, *loquor. Gothice* MΛΨΛϾΛN, & *Anglo-Saxonice* mæþlan, meþelan, maþelan, *ſermocinari, ſermonem habere*; mæþel, *ſermo.* chron. *Sax. Gibſ.* ðæꝛ bæꝛ Godꝛine Eorl up hiꝛ mal, *ibi concionem habuit Godwinus comes.* p. 168, 12.

** Snacca, *navis*; *Cimbrice* ſneckia, forſan *anguiforme genus navigii.* and he ꝑoꝛ to Scotlande mid XII ꝛnaccum, chron. *Sax. Gibſ.* 172. 15.

Sahtlan, *reconciliare*; ꝛahtnyꝛꝛe, *reconciliatio*; *Cimbrice* ſætt, ſaatt, at ſætta, & ſættaſt, *litem componere.* chron. *Sax. Gibſ.* 173, 24. Ða eoðen goðe men heom betꝛenen. ȝ ꝛahtloðen heom. ȝeaꝛ ða ðane kinȝ XL. marc ȝolðeꝛ to ꝛahtnyꝛꝛe. Sic 183. 41. heꝛ on ðiꝛum ȝeaꝛe puꝑðon ræhte Fꝛanca cynȝ. ȝ Pillelm Enȝla landeꝛ cynȝ.

Cꝛaꝛan, *Cimbrice* at freſia, *poſtulare, jure poſcere, peremptorie rogare*, nunc to crave, *petere.* chron. *Sax. Gibſ.* 175, 11. ða ða landꝑꝛanc cꝛaꝛeðe ꝛæꝛtnunȝe hiꝛ ȝeheꝛꝛumneꝛꝛe mið aþꝛꝛeþunȝe. & 177, 2. Ða aȝann ꝛe Anceb. L. atypian mið openum ȝeꝛceaðe. ðæt he mið pihte cꝛaꝛeðe ðaꝛ ða he cꝛaꝛeðe :.

Hæcce, hacelo, hæcla, hæcle, *pallium, chlamys, ependytis. Cimbrice* hekla. de quo ſic *Gudmundus Andreæ*, in lexico ſuo *Iſlandico*: Hakla, *palliolum breve, inde mons in Iſlandiâ nomen eſt ſortitus, eo quod perpetua fere nive ceu pallio ſit obtectus.* chron. *Sax, Gibſ.* 177, 42. ðæt pæꝛ þone hæcce, *nempe ependytis.* & 176, 33. nam ða be nihte eall ꝥ he mihte. þet pæꝛon cꝛiꝛteꝛ bec. ȝ maꝛꝛa hakeleꝛ, *noctu ſubduxit, quicquid poſſet, Chriſti nempe libros & caſulas.*

Stoꝛ, *Cimbrice* ſtor, vel ſtoor, ſtott, ſtoott, *magnus, ingens, grandis*; at ſtæra, *magnificare*; ſtærre, ſtæſtur, ſtærkar, *grandeſcit, majus fit, incrementum ſumit.* chron. *Sax. Gibſ.* p. 187. 37. ꝛꝑa ꝛtoꝛ ðunꝑinȝ ȝ læȝt pæꝛ. ꝛꝑa ꝥ hit acpealðe maniȝe men, *tam magnum fuit tonitru & fulgur, ut eorum impetu multi homines occiſi fuerint.*

---

* *Seld.* Titles of honour. part. II. LVI. †Nunc husband, *maritus.* ** N in M verſo, a ſmack.

Nıþınȝ, *homo nequam, nefarius, ſceleſtus*; *Cimbrice* at nida, *vitiare, depravare, convitiis lædere.* nidingr, *apoſtata, fædifragus, qui turpe & deteſtabile facinus perpetravit.* nidingſkapur, *ſcelus.* nidingſvig, *cædes turpiſſima, parricidium.* nidingsberk, *nefaria & infamia ſcelera.* Extat vox in un-nıþınȝ, chron. *Sax. Gibſ.* 195, 26. ȝ bæd þ ælc man þ pepe un-nıþınȝ ſceolde cuman to him, *& juſſit unumquemque, qui non eßet proditor* [deſertor, perfidus,] *ad ſe venire.*

Stıpaꝺ, *diſpenſator, œconomus, procurator*; *Cimbrice* ſtivardur. de quo ſic *Gudmundus Andreæ.* ſtivardur, *œconomus*: *à* ſtia, *operæ, quæ ſtando currendóve in agris & rure peraguntur,* & vardur *vel* vordur, *cuſtos, vigil, quaſi præfectus operis. unde vero Scotorum* stuart? *id ſcio in noſtris hiſtoriis frequens eſſe* ſtivardur, *pro præfectis operum.* Chron. *Sax. Gibſ.* 199, 23. ſe pæȝ ðæȝ eorlesȝtıvarð, *qui fuit comitis procurator.* ȝ ſȝıþe maneȝa oþ ðæȝ cyneȝes hıred. ſtıpaꝺaȝ. ȝ buꝺþenaȝ. ȝ bỳnlaȝ, *& quamplurimi ex aula, diſpenſatores, & promi, & victualium præfecti.* Ubi quoque buꝺþen, ex *Cimbrio* bur, *promptuarium, penuarium,* & þen, *miniſter*; & bỳnla, quaſi bỳnȝla, verbale à *Cimbrico* at byrga, *victualia ſuppeditare,* ut inter *Danica* cenſeantur, poſtulant.

Oꝺꝺeȝt, *Cimbrice* orusta, orrusta, oroſto, *pugna, prælium.* Supra eirn skal við eirn oroſto. chron. *Sax. Gibſ.* 204. 8. ðæþ beteah Eorȝþei Bainaꝺ Ȝillelm oþ Ou. ðæȝ cınȝeȝ mæȝ. ðæt he hæꝺe ȝebeon on þæȝ cınȝeȝ ȝrıcꝺome. ȝ hıt him on ȝeȝeaht. ȝ hine on oꝺꝺeȝte oþeȝcom, *ibi accuſavit Gosfrei Bainard Willelmum de Ou, fuiſſe in conjuratione contra regem, & cum eo pugnavit, eumque prælio ſuperavit.*

Ꝑȝıȝun nunc **priſon.** *Cimbrice* priſund, de quo ſic *Olaus Verelius* in indice ſuo linguæ veteris *Gothicæ*; priſund, Gautr ſaga, cap. 41. Olafs ſaga, cap. 229. vilkin ſaga, pag. 5. *carcer,* inde *Gall. priſon.*

Bỳȝtȝul, *valde deficiens*; *Cimbrice* breſtur, *defectus,* ab at breſta, *deficere, deeſſe.* chron. *Sax. Gibſ.* ðıs pæȝ ȝrıþe bỳȝtȝull ȝeaȝ on coȝne, *hic annus fuit frugibus valde deficiens.* p. 220, 25. Ðæȝnoð, *privatus*; *Cimbrice*; at Þuera, *deficere,* paſſive at Þverna, & at Þorna, *diminui, conſumi, privari*; inde particıpium Þornaꝺ, *diminutus, privatus.* chron. *Sax. Gibſ.* p. 222, 3. and he ðuȝ hıȝ Ancebıȝcoꝺꝺıceȝ ðæȝnoð, *adeoque Archiepiſcopatu privatus.*

Sþeın, *Cimbrice* ſveiun, ſveirn, *puer, ſervus, miniſter, adoleſcens.* chron. *Sax. Gibſ.* 232, 48. oc ȝe eorl peaȝþ ȝepunꝺoð at an ȝeȝeaht ȝnam an ȝrein, *& comes fuit vulneratus in prælio à quodam ſervo.* ubi quoque oc, *Cimbrice* og, ok, *&, atque, etiam.*

Fıȝȝt, nunc **firſt**, *primus, Cimbrice* fyrre, fyrſtur, *prior, primus.* fyrſt, *primum.* chron. *Sax. Gibſ.* ȝe ȝıȝȝte ȝaȝe, *prima expeditio.* & p. 238, 1. al ȝe ȝỳȝȝt Baldȝın ðe Reðueȝȝ. *omnium primus Baldwinus de Reduers.*

Hæȝneȝ, apud *Anglos* boreales **harnes**, *cerebrum.* Apud *skaldos* vel *skaldros*, veterum *Cimbrorum* poëtas, hiarne, *cranium, caput. Gothicè* ⊙ΛIKN. Me ðıde cnotted ȝtȝenȝeȝ abuten heȝe hæued. ȝ uuȝıþen to þ ıt ȝæde to þe hæȝneȝ, *illorum capita laqueo arcte ligarunt, & torſerunt adeo, ut cerebrum tactum eſſet.* chron. *Sax. Gibſ.* 239, 1.

